

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthaeus Voland Dieterich Coch

Dissertatio Politica De Rebuspublicis

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771907532>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1650
Matthaeus Voland
Richih Koch





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771907532/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771907532/phys_0002)



Dissertatio Politica,
DE
R E B U S
PUBLICIS

Quam

In nomine S. S. Trinitatis & indi-
viduæ Unitatis

Consentiente Amplissimo Philo-
phorum Collegio

PRÆSIDE.

CLARISSIMO VIRO
Dn. M. MATTHÆO VOLANDO,

Præceptore, Fautore, ac Consalino suo
amicissimo

Publico Doctorum

Examini sifit

DIETERICH COCH,
Gustrovio-Megapol.

AUTOR ET RESPONDENS

Habebitur in Auditorio Majori d. 6. April.
Anno 1650.

• 6(0) 9 •

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

Digitized by Google
REBUS
PASTORALIS
Iohannes 2.2 Tunc iste fidelis
Cunigundis Ambitum Gloriosum
Propositum Confidio
Gesetz und Wahrheit
Dn. Wm. Matthaeo VOLANDO
Fiscobolus, Fisca, ac Gontalio
Purpura, D. gaudiu
D. Et. gaudiu
D. Et. gaudiu
Ad hoc est festivitas
Rostock
F. M. 1691. A. 11. 11. 11. 11. 11. 11.

Jova juva!

CENTENARIUS

Thesum Politicarum,
DE REBUS PUBLICIS.

Proœmium.

Cle ero lib. 3. de ll. ita scribit; *Sine Imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus posset.* Aristoteles lib. I. Polit. cap. 5. Statim ab origine primo nonnulla inter se distinxisse reservat, alia ut parerent imperio, alia ut inoperarentur. Imò *Natura multos compulit, ut sue imbecillitatibus conscientia, sponte se aliis in servitutem darent,* Hugo Gross. de Jur. Pac. & bello lib. 2. cap. 5. num. 27. Nam juxta illud Poëta:

Erectum servile captivus non nascitur unquam,
Sed cervix semper huic resupina jacet.

Hárrwar de r̄wv ἀλλωv λέωv πάοv ἡ ἀνθρώπωv ἄξωv ait Cyrus iste Xenophontes. Utustissimi morealium teste Tacito lib. 3. Animal, nullā adhuc malā libidine sine probro, sine scelere, eōg. sine pena aut coērcitionibus agebant, neg. præmio opus erat, cum honesta suopre ingenio pererentur, & ubi nihil contra morem cupeverent, nihil per metum verabantur: Ast postquam ex his equalitas capie, ac pro modestia & pudore ambitio & vñ incidebat, provocare Dominationes & Leges. Ejusdem sententia est Angelus Spannochius in libro suo cui nomen fecit singulari. Prima fertur Ceres dedisse Leges mortaliibus; postea ipsi Sapientes. Phoroneus Argivus dixit, autore Pompon. Læto lib. de Leg. Rom. Moyses calo lapsus Hebrais, Aegyptiis Mercurius, Draco & Solon Atheniensibus,

enibus, Minos Cretensibus, Lycurgus Lacedemoniis, Thurius Charondas, Romanus Romulus. Hac ratione juris & injuria regulas legibus praefiniebant, ut metu judiciorum & paenarum à crimini- bus abstinerent homines, Alex. ab Alex. lib. 6. genial. dier. cap. 10. Verè enim Horat. lib. 1. Epist. canit:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pænae.

Ea cum ita se habeant, à principio Imperij, quod certum ordinem in iubendo & parendo J. Lips. lib. 2. Polit. c. 1. definit, categ- raijure dependent, ut ab illo regantur & leges accipiant. Itaq. vera lex & Princeps, apta adjubendum, vetandumq. ratio est recta summi Dei, quod ex M. Tull. scite diducit Rhodigin. lib. 8. lecit. antiq. c. 1. ill. 8. ad Attic. Ep. 11. ait: Ut gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori victoria: Sic moderato- ri Reip. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Sed absq. ulteriori pra- loquio ad dictam Dissertationis materiam Deo dirigente me con- fero, quia humanarum rerum dulcis finis, Principiumq. Deo pro- curante augescit, juxta Pindar. in Pyth. Od. 10. Lonicer. interp.

THESES PRIMA.

Nitiò quoniam jure à Platone Socrates laudatur, quod primus mentem ad definitiones ap- pliquerit, ut refert Aristot. lib. 1. Metaph. cap. 6. mihi quoq; ne in ambiguo verser, à definitione Reip. incipiendum erit. Error enim in principio parvus, in fine valde magnus emergit. lib. 1. de Cœlo cap. 5.

2. Definit autem ille vetustissimus lib. 3. Polit. c. .6 quod si Πο- λιτεία τοῖς πόλεως, τῶντο ἄλλων δέκτων, καὶ μελιστὴ τῆς κυρίας στάθμων, vel ut vertit Piccartus: Resp. est ordo civitatis, cùm aliorum Magistratum, tum in primis illius, in cuius po- testate sunt omnia, sive ut Tacit. loquitur, penes quem est in omnia regimen. Definitio exacta, quam cœcitatibus vel supinæ, vel malitiosæ argumento Bodinus non vidit, nè cū ädgo blaterans.

3. Libros

b. 13. Libros enim de Rep. suos elegantim mendacio, tanquam vestibu-
lo quodam exornat, cum inquit: Definitionem ab illis, qui de Rep. scri-
psere, prætermissam initio posuimus. Arrogans dubio procul tali nitetur
fundamento: nulla est Reip. tradita definitio, quia nullam ego legi.
Nec eam tamen, quam jactitat, invenit, sed multis ante seculis à Speu-
sippo in definitione. Platon. totidem verbis est proposita, sicut mendacij
illum arguit Piccart. Comment. in lib. 3. Polit. Aristot. c. 6. Scribit autem,
quod Resp. sit familiarum, rerumq; inter ipsas communium summâ po-
testate ac ratione moderata multitudo.

4. Bodinus genus Reip. non in ejus forma, sed materia querit, quæ
per se, & in se fluxilis est, vaga, inconstans, ac ut Græci loquuntur,
ἀόρατος. Forma illam ἀοράτια cogit in certam σύμμετρια, hinc illud:
ad formam tendere, est ex multo ad unum tendere..
Multitudo enim seu cœtus hominum loco materiæ est, ut res ipsa accla-
mat inter lactucas & carduos discernenti, quia Populo ad beatam vi-
tam concurrenti inducitur Resp. quæ catenus Aristot. 4. Polit. cap. 11,
βίος τῆς πόλεως dicitur, & ex Socrate Arnis. πόλει πόλιτεία ψυχὴ πό-
λεως ἐστι. Animam autem per corpus non definit Aristot. 2. de ani. cap. 1,
sed per actum corporis.

5. Rectè ergò 3. Polit. c. 6. & 4. Polit. c. 1. loco generis posuit τὰξ
quam non explicò per institutionem, descriptionem ac ordinationem,
cum omnia hæc vocabula motum aliquem & productionem implicant;
Resp. verò sit quiddam per se subsistens. Meliorem censeo traductio-
nem Sepulvedæ, Giphaniæ, Casii, Piccolominiæ, Lipsij per Ordinem
transferentium.

6. Nam ut collecti in Civitatem homines sine suo ultimo potian-
tur, h. e. ut beatè vivant, opus est τὰξ. Ubi enim multitudo est, ibi re-
quiritur Ordo, cum ἀτάξια mater habeatur errorum ac turbarum, te-
ste Piccarto Disput. 51. Philos. Altdorph. de Orig. & divis. Reip. th. 12.
Naturalis autem Ordo inter socios hic est, prout quisq; in societatem
venit, quod ab Hug. Grot. est prædictum lib. 2. de Jur. bell. & Pac. cap. 5.
num. 21. Sic inter Fratres is servatur ordo, ut qui primus natus est, reli-
quos præcedat. Dicit enim Aristot. lib. 8. Eth. c. 12. eos ἵτες ταλήν εἴθε
ἔσσονται ηλικίας Διγυμάτισσιν. Atq; hic mos antiquitus, sicuti H. Gro-
tius ex seQUITUR, in Christianorum quoq; Regum ac Populorum societa-

te obtinuit, ut qui primi Christianismum professi sunt in Conciliis ad rem Christianam pertinentibus praecedant ceteros. Sed extra oleas vagari, ac *μετέβασιν* eis anno 310 committere non placet: ad thombum me confero.

7. Ordinem Reip. tali simili mente Lampadij astruere siceat. Humano corpori simillima est Resp. in quo diversa membra, certo ordine locata, suo quaq; munere funguntur. Capitis imperio utimur, inserunt cetera; sed ita, ut unius sit præstantior opera, alterius vihor. In pectore robur consistit, pedes, manusq; fulciunt ac parant. Interiora corporis in alimentum accepta, ac justa temperie digesta in omnes partes diffundunt, ac venis maturum confecto cibo sanguinem dividunt, ut suus cuiq; pastus adsit, & tota compages concinnis inter se partibus servetur incolus.

8. Nā quam primum pars aliqua corporis corripitur, nec in unū omnes consentiunt, totum repente corpus langore & ægritudine oppletur, ac tandem sequitur dissolutio, nisi pars affecta convenienti remedio curetur. Non dispar est Imperij ratio, quod facile intelligit, quicquid p. naturam, & quibus legibus cives in unam Remp. coierint non ignorat. Apologum elegantem hac in re Menenij Agrippæ habebis apud Livium lib. 2. Nec dissimilis fuit eventus, ubi similia in Germania nostra præcesserunt discordia semina quæ succo pastuq; subtracto, totum corpus macie attenuauit. Arist. lib. 3. Polit. cap. 4. Remp. porro navigio comparat, cujus salus omnium commune munus est, licet Nautæ inter se vi & facultate distent, ut alius sit remex, aliis proræ gubernator, aliis talia aliquo quasi cognomine appellatur.

9. Ordo autem refertur ad unum primum, à quo reliqua dependent. Illud primum est *πόλις* sive *πόλιτημα* & summa potestas, unde rectè ejus mentio fit in Definitione.

10. Definitionem sequitur divisio, quam Tacit. lib. 3. Annal. hisce declarat concisis verbis: Cunctas Nationes & Urbes aut Populus, aut Primores, aut singuli regunt. Scrutare, si libet, nec cætum aliquem socialem sine ulla harum formarum (ut cum Lippio l. 2. Polit. c. 2. loquar,) reperies, nec in eo aliam præter istas.

11. Licet autem triplicem administranda Reip. formam esse statu. sive; non tamen in ea sententiam accipi velim, quasi Reip. aut Civilis cuiusdam moderationis simplicem vel impermissam rationem uspiam repe-

repereris, verum ex instituto Sapientum hoc profectum est. Rationis enim ea vis & efficacia existit, ut nativum eujusq; rei ingenium, ita ut est sincerum ac purum, completeretur. Miscentur inter se, fateor, & remittentur aut intenduntur Resp. sed sic, ut præponderet semper aliqua pars, à qua jure ei nomen, quod præter Lipsium Arniseus in doctrina Politica testatur. Remp. enim fere nullam, juxta communem Politico-rum opinionem, offendit, quæ ex illis, quas suprà dixi, formis illibata m servat integratatem: sed illarum quasi contubernio temperata genus, nomenq; partis, quæ plus potest, sequitur. Quemadmodum enim in Musicis formulis, cum modi primi vel nimium remittuntur, vel intenduntur, subiade absurdas & discrepantes voces (quod modum vel non assequantur, vel transcant) audire contingit: ita quoq; in his fieri credendum est, inquit Plutarchus lib. de trib. Reip. gener. interp. Longol.

12. Porro non omnes homines sunt Viri boni, sed plures ambitione laborant, nolunt nisi cum lictoribus, ut Olim Gato dicebat, ire, optant Magistratus gerere atq; imperare. Humanum enim ingenium præcepit est ad dominationem, quod queritur H. Grot. lib. de antiqu. Reip. Batav. Patet illud vel ex uno Alexandro M- apud Plat. lib. de transq. animi. Hic enim cum audiret Anaxarchum mundos esse infinitos differentes, illacrymasse fertur, percunctantibusq; amicis, ecquid lacrymis ei dignum contigisset; an indignum est, inquit, nos flere, sicut in infante mundi esse dicantur, haud dum unius Domini facti sumus? Sic homo vix desinit plus velle posse quam potest, nisi id se, quod vult, efficere posse desperet. Iccircò præter tres Reip. formas rectam & laudabiles, tres oriuntur exercantesq; vitijsa: è Regno, Tyrannis, ex Aristocracia, Oligarchia, è Democracia Anarchia pullulat. Henric. Cornel. Agrip. lib. de incertitud. & vanis. Scient. cap. 15. Hæ verò non speciem aliquam, sed accidentiam diversitatem inducunt. Arnis. lib. 2. de Rep. cap. 1. sect. 4. num. 1. In se consideratæ Reip. species non sunt nisi tres quas Seneca Ep. 14. ita innuit Interdum populus est, quem timere debeamus; interdum si ea Civitatis disciplina est, ut plurima per Senatum transfigantur, gratioli in eo Viri; interdum singuli, quibus potestas Populi & in populum data est.

13. Sed quæ ex his optima ac prima? Unius imperium pietate & religione inclytum, sub quo non gravis dominatus, sed justum & legitimum imperium est, omnium consensu præfetur cæteris, Alex. ab Alex. lib. 4. genial. dier. 6. 23, Ο βασιλεὺς, ὁ Θεὸς εἰχάρχων, Plat. in

Polit.

Polit. Nomen βασιλεὺς Riche. in axiomat. Polit. reg. 57. à βασίλεῳ
quod est stabilio, & λάος populus derivat, ut sit βασιλεῖα quasi basis
populi, quia regna debent esse directa ad salutem populi. Et talis status
verè est ἐρδοξός. διλέει ut Antigonus dixit. Bonus enim Rex servus
est publicus, Petrarcha lib. de remed. ur. fort. dial. 96. Βελπίτης εὐ καὶ βα-
σιλεῖα Aristot. lib. 8. Ech. c. 12. Quando unquam tanta Pax, tanta tran-
quillitas, tanta justitia, tantus virtutis honor, tanta bonis præmia, tanta
mali supplicia, tam bene consultum rebus, quam postquam unum ca-
put Orbis habuit? Quo potissimum tempore amator Pacis ac Justi-
tiae Deus nasci ex virgine, terrasq; visitare dignatus est, Petrarcha Ep.
4. fine Tit.

14. Ἀeschines hanc Reip. formam vocat Tyrannidem, quia anti-
quitus teste Æmilio Probo in Miltiad. Tyranni dicebantur, quicunq; po-
tiebantur perpetuā potestate, adeò ut ipsum Jovem Tyrannum Deorum
indigitarent. Idem Mos. Ilianu in notis ad A. Gell. in noct. Attic. l. 7. c. 17 pro-
bat: Tyranninomen olim regum fuit, siquidem promiscè apud Græcos
veteres & boni & mali principes appellantur. Verū recentiori seculo Prin-
cipum libidine factum ajunt, ut nomen, quod olim erat regium, pro-
bri vice detur.

15. Vetustatem regni quod attinet, adi & audi Sallust. in initio belli
Catilinaris ita differentem: In terris nomen Imperij primū fuit. Ve-
rissimè ergo præfatus est Justinus in historia sua: Principio rerum, gen-
tium, nationumq; omnium imperium penes Reges erat. Natura inquit
Senec. lib. 1. de Clement. c. 19. commenta est regem, quod ex alijs animali-
bus licet cognoscere, & ex apibus. Exempli gratiā aliquot Graciæ civi-
tates, earumq; Resp. adducam, quæ Regibus primū parebant, securus
hic in parte Aristotelem. Ille enim ubi constituit Politica tradere, pri-
mō historiam Rerump. collegit ex vetustissimis Scriptoribus & Histo-
ricis, easq; reperit numero 158. quod præter Diogen. Laerr. Piccartus in
Prolegomen. Polit. recenset. Ex Suidā didici inter illas 158. numero 40.
fuisse Ithacenium, (in voce σκυρίλη) Eaq; collectio magnum adju-
mentum ad hanc doctrinam Aristot. præbuit. Sed ad rem!

16. ATHENIENS ES (autore Ubbos. Emm. in Græcor. Rebuff.)
reges agnoscabant, quorum ultimus era Codius Melantho Pattisuf-
etus qui bello Dorensi difficillimo pro salute Reip. mortisq; devovit,
in

In confertissimos hostes irruens, & eorum telis se objiciens. A morte enim ejus nomen regium, quod id libertati grave videretur, abrogatum. Iccir. cò successori Medonti Principis seu Prætoris nomen datum, (ἀρχοντας Græci dicebant,) & cum novo nomine, quod magis secundum libertatem erat, potestas etiam diminuta, ut esset dandis rationibus obnoxia, quemadmodū docet Pausanias lib. 4 Ελάδη προνομέων σιγητεῖται duraret ad vitæ finem. Tandem pertæsi Principatus perpetui, quo freti liberius Principes agere incipiebant, Archontas decennales instituebant.

17. Primi qui rerum apud LACONES potiti sunt ante & post Troicæ tempora usq; ad redditum Heraclidarum in Peloponnesum reges nomine & re fuerunt, penè pro libitu regnantes. Addem quod Plutar. invita Lycurgi Xyandro interp. ferè ab initio scribit, Eurypontem Regem Proclis ex filio Soo nepotem, quem ipse Eurytionem nominat, ad populum demerendum potestatis regiæ fastum multum minuisse, cāq; re occasionem Populo dedisse tumultuandi contra Reges proximè seculos.

18. CARTHAGO, cuius Remp. liberam cum Lacedæmonia comparat Aris̄t. 2. Polit. 6. 9. à Didone Phænicia tyrrnidem Fratris Pigmalionis cum Phænicibus aliis fugiente condita, regio imperio aliquantiū gubernata fuit.

19. CRETENSES etiam Regum imperio subditi erant. Eorum enim Reip. formatorem & Legum conditorem alij Minoa Regem, Jovis filium, tribus generationibus bello Trojano priorem, alij Rhadamanthum ejus fratrem, Virum sapientissimum, huic curæ à fratre præfectum tradunt. Singulare autem & observatu dignum hoc, quod cum Legislator Minos Rex fuerit, solus imperium ac potestatem in subjectos habens, njhilominus ad moderatam libertatem popularem totam νόμον δοταν direxerit.

20. ARGIVA Civitas à temporibus Inachi primi Conditoris regio imperio paruit. In quo cum esset Tisamenus Orestis filius. Agamemnonis nepos, Heraclidis in Peloponnesum revertentibus regno ab iis ejectus successorem accepit Temenum, Heraclidarum Fratrum natu maximum, ex quo Macedonum Reges ortum trahere feruntur.

21. THEBANI sub Regibus primò fuere, maximè sub filiis & nepotibus Oedipi, Regum ultimus Xanthus à Melanthio, Andropompi filio Atheniensi è posteris Nelei Pyliensis in Monomachia occisus est.

Hic locum dedit constituendæ libertati, ut tradit *Pausanias*: Tòδε ἐντεῦ-
θεν Δῆλος τολείονων πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἀπ' αὐτῷ ἀνδρὸς ἐνὸς ηρεῦσθαι τὰ
πάντα ἄροειν εἰφαίνετο τοῖς Θηβαίοις. Sed an statim populo rerum
summa permisla sit, an penes Optimates Reip. potestas post regni finem
fuerit, non est planum. Cum temporis autem progressu, quando Græ-
cia maximè florebat, populum rerum arbitrum fuisse satis constat.

22. CORINTHUS, Ephrya quondam dicta, ex extincto regio Sisyphi
generē ex Herculis posteris Reges habuit, usq; ad Bacchini Prumnidis fi-
lium per ætates quinq; ut notat *Pausanias in Corinthiacis*. Ex Bacchide
ejusdem stirpis Rege laudatissimo descendentes Bacchiadæ vocitati per
totidem ætates regnarunt ad Tolesten Aristodemō genitum, regum ul-
timum. Hoc ab inimicis occiso, imperium quidem in eadem domo
Bacchiadarum mansit, sed ex regio in Oligarchicum est mutatum, sic ut
esset libertati affine.

23. CORCYRAE I Troicis temporibus Regem habuerunt Alcino-
um teste Homero. SAMUS quoq; interdum Regum imperio usa fuit,
nisi errat Herodotus. Is enim lib. historiae sua 3. ait Samios bello infestasse
Æginam εἴτε Ἀμφιρραιός Σαπιλεύοντος εἰς Σάμων

24. Apud ACHÆOS regium imperium à Tisameno ad Ogygum
usq; continua serie ac stirpe florebat. Hujus verò filij cum insolentius se
gererent, & legitimū regnum in herilem dominatum cœpissent verte-
re, à Populo potestate exuti sunt, regno in popularem statum translato.

25. Hæc de Græcorum Rebus p. dicta sufficiant, ad antiquitatēm
Monarchicā firmandā. Est autem Monarchia summum unius
imperium, moribus aut legibus delatum, susceptum ge-
stumq; parentium bono. Summum autem imperium vel summa
potestas idèo dicitur quia actus ejus alterius juri non subsunt, ita ut al-
terius voluntatis humanæ arbitrio irrgiti possint reddi. H. Grot. l. 1. de
jur. bell. & Pac. c. 3. num. 7. Summum enim est, quo nihil majus est,
sed cuius imperio omnes continentur ac cœrentur. Nicol. Graff. in
not. ad Jannor. & Contar.

26. Repressit eos, qui nec boni ipsi, nec bono fine regnum appe-
runt, Lex gentium repagula duplii, electionis & successionis,
juxta Lipp. 2. Polit. c. 4.

27. Successio nonnullis receptione esse videtur, & aspectu aliquo
melior quam electio, cum Tac. 2. annal. minore discriminis sumi Prin-
cipem

cipem, quām queri afferat. Aliorum sententia arridet hoc Plinius in Paneg. imperaturum omnibus eligi debere ex omnibus. Non est enim dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosciri. Ignavi autem esse nesciunt, quos judicia pepererunt. Ii enim gratiam non de natura, sed de solidis meritis habent. Plin.

28. Electionem præferre videtur Arist. 3. Pol. c. 11. Nec dubito, quin ejus sententiam probem. Certius enim ex electione quām successione bonum sperabis Principem, nec fallitur probè instituta electio, neq; prava sit nisi per accidens. Unde absolute successione potiorem statuo electionem, cum virtutem ac studium educationis Principum acuat. Petrarcha Ep. 63. de reb. famil. ita scribit: Electio tuta est. Possem ex omnibus regnis longam seriem degenerum filiorum, qui in imperio succedebant, afferre; sed quid opus est verbis ubi rerum testimonia adsum. Nec enim illa vere familia extat, ex qua non καθάρισται (sic vocabat Aug. filias suas, teste Dion. in Aug.) prodierint. Benè autem gubernat Rex subditos si Trajanus regulam imperij sequatur: Talem me præstabo Imp. aliis, quem optarem ipse privatus. Digna Imperatore vox! Sic Turcae inter octo vitæ præcepta & hoc numerant: Quod Tibi non vis fieri, alteri ne feceris, velut ex relat. hist. Turc. Menavini patet.

29. Præterea ubi legitima in valuit Electio jure jurando adigi solent Electores, ut eliant, quem censem omnium dignissimum. Sic enim jurant Electores Romani Imperij, quod constat ex discursu 2. Arunca ad aur. bull. Carol. 4. th. 7. & seqq. Idem faciunt nobiles Danicæ prius quam a electionem novi Regis admittuntur.

30. Occasione datâ audebo dicere de origine electionis nostri Imp. cum olim Regnum nostrum fuerit successivum. Si quis unquam Imp. Electores definiuit, fecit id Fridericus II. modò afferere licet, cum hoc pacto ipsis eligendi potestatem fecisse, si nemo ex se genitus superesset, idq; proclivius dixerim, quod post primogeniti Henrici miserabilem interitum ad Gunradum paternâ potissimum autoritate Imperium devenerit, cui Electores Wormatiae assenserunt An. 1235. teste Lampad. Hie postquam Manfredi nothi fratris scelere oppetiisset, Wilhelmus Hollandicæ Princeps primus, ut opinor, Electorum suffragiis Imp. dictus est, Trithem. in Chronic. Ante Friderici verò 2. ætatem Electorum non meminisse Historicos prodit Thesaurus. 2. Histor. Primus historicus, qui Electorum mentionem fecit, est Martinus Polonus insua Chronologia.

31. Sunt autem hodie respectu Principatum suorum legitimi Elec-
tores Cæsar. Ex quo manat, jus Electionis persona non simpliciter
cohærente, sed quatenus electoralem ditionem legitimè obtineat. Quiq[ue]
hacenus erant septem, hos modernus Imperator Ferdinandus 3. con-
sensu Procerum Imperij octo esse voluit. Octavo enim Electoratu Caro-
lus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, ejusq[ue] heredes & agnati totius
lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in aurea bullâ expre-
sum, posthas fruuntur, legas Instrument. Pacû Anno 1648. Osnabrugis
approbatum.

32. Ex hac sola Principum electione, etiam ante confirmationem
aliquam, verus quis existit Imperator, & consequitur jus administrandi,
Durand. in speculo suo lib. 2. Partie. 1. tit de Rescripti presentatione &c.
Summar. ult. § 18. Ineptè ergo Pompifex Romanus destruet officium
Electorum, eosq[ue] autoritate privare studebit, dum confirmationem Elec-
tionis sibi deberi putat, quod Marsilius Patavinus in defensore Pacis ad
Ludovicum Cæsarem, part. 2. c. 25. mirum in modum detestatur. Vo-
lebant Romanorum Principum quidam citra tempora Constantini cer-
tatum electionem de se factam annunciare Romanis Pontif. ut in eo-
rum persona Christo, (cujus vicarij dici gestiunt,) singularem reveren-
tiam exhibentes, ab eo per Pontificum intercessionem ampliorem be-
nedictionem & gratiam ad gubernandum imperium obtinerent. Hanc
reverentiam tandem in consuetudinem, ac abusum verius mutare co-
nabantur, teste eod. Marfil. Patav. (Coronationem Carolo V. an. 1530 à
Pontifice Clemente 7. factam Bononiæ, leg. apud Wolff. Tom. 2. lett. me-
mor. Centen. 16.)

33. Scite ergo loquitur Lampad. lib. de Rep. Romano German. part. 3 c. 2.
nil juris est Pontifici in Cæsarem & Imperium Sanè si quic-
quam ad Papam imperium attinet, aut superior est Cæsare & Statibus,
aut par, aut inferior. Si superior nulla est Cæsar, Statuumq[ue] Majestas.
Non enim est summum, quo aliquid superius vides. Si par, quomodo
æqualibus dominabitur? Præcipiendo enim potestas, quæ vi imperij ex-
seritur, extrinseca est, & propterea subjectum desiderat, quod succum-
bat agenti, pareatq[ue] Arist. 3. Ech. c. 1. quod verò succumbit non est ei
cui succumbit æquale. Si inferior, quomodo leges ponet iis, à qui-
bus accipere oportet.

34. Inferiorem dicerem, quod Leonis 3. Pontif Epistolæ ad Caro-
lum.

Iam M. datae confirmant, quas Lumen Seculi nostri Conringius inter membranas BibliothecæJuliae repertas cum notis publici juris fecit ante biennium, & quid excurrit. Ibi in Papæ literarum exordiis vocem solemnem Domini sèpius réperies, & passim occurunt hæcce: Clementissime Fili, Clementia Vestra; humilitas nostra, nostrum servitium.

35. *Plutarchus in Numa Pontificem* à potentia dictum putat. Verè hoc etymon Canonistæ sequuntur, qui plenis declamitant buccis, Papam cælestis & terreni regni, si Diis placet, caput esse, de quo nullus, nisi totus mundus dubitat. Valeat ergò Papa cum corona sua, quam ferream dici testis est *Golddast. in Polit. part. 1. c. 11.* Sine ea verum habebimus Imperatorem, ab octo Proceribus Germaniæ electum, renunciatum.

36. Electionem ergò præfero cum primis temperatam, quia ex successione ingumeræ oriuntur turbæ, si vel sine posteris moriatur Rex, vel filios relinquit impuberes, vel nepotes ex filiis. Consequens autem esse video, an ita hæreditaria debeat esse regna, ut admittant etiam foeminas successores, quod in regnis aliquot non sine ingenti discrimine observatum est.

37. Sed antequam huic quæstioni immergar, illud Enelthonis ex *Herod. lib. 4.* recenzebo. Pheretina Mater Arcesilai Cyrenæorum Regis ab Enelthoni Principe Salaminis exercitum petierat pro restituendo filio. Enelthon vero misit fusum aureum, & colum penso circumbatum, describens talia dona deberi mulieribus, non exercitus. Hoc ex *Hom. 6. Iliad.* desumptum esse potuit ubi Hector increpat uxorem:

Ἄλλ' εἰς οἶκον ἵσσει, τὰ στυπῆς ἔργα κόμιζε
Ισάν δ' ἡλακάτην τε πάγι ἀμφιπόλασι κέλευε
ἔργαν ἐποίεσθαι, πόλεμον δ' ἄνδρεσσοι μελήσει.

Imitatus est *Virgil. 7. Aeneid.* quanquam *Macrobius 5. Saturnal c. 8. id nullus notet.*:

Cura Tibi Divum effigies, & Templa tueri,
Bella Viri, pacemq; gerant. Et 8. *Aeneid.*
Cui tolerare colo vitam, tenuiç; Minervâ
Impositum.

Propius accedit *Ovid. 12. Metam.*

columq;
I cape cum calathis, & stamina pollice torque,
Bella relinque Viris.

Hisce Poëtarum, ac ipsius naturæ monitis sœpius mulieres re-
stiterunt!

38. Naturam enim consulas, apparebit mulieribus regnum non de-
heri, cum ad parendum natæ videantur, non ad imperandum, nec ipsi
Marito quidem, nisi sœpius fiat; ut mulieres imperent Viris, ex scilicet, qui-
bus amplissimæ venerunt hereditates, cujus rei veritatem præter Aristot.
lib. 8. Ethic. c. 12. multi Mariti quotidianè patienti suâ subjectione fate-
buntur. Id autem contra naturam accidit, non ex virtute, sed propter di-
vitias & potentiam mulierum.

39. Fuerunt quidem fæminæ Viros vincentes, ut Semiramis, quæ
ne regna vi capta desciscerent, virilem mentiebatur sexum. Tomyris Cyri
domitrix, *Herod. l. 2.* Zenobia victrix Persarum Trebell. *Poll. in triginta*
Tyrann. Helena Russorum regina, *Sigism. Bayo in Moscov.* Sed nunquam
utile esse potest muliebre imperium, quippe quod à Viris contemni
solet. Nihil autem detrimentosius est imperio, quam contemni, *Arist.*
s. Polit. c. 10.

40. Habebatur in amore & deliciis omnium Libussa Regina Bohe-
morum, sed cum vis quædam gravior invergeret, coacta fuit nubere,
quod moli regni non sufficere videretur, *Aeneas Sylv. in hist. Bohem.* Hac
de causa plerumq; laborarunt imperia quibus mulieres præfuerunt.
Non debemus quidem omnes calamitates soli Principi impurare, quod
tamen ferè fieri solere *Ian. Gruter. in disc. suprad.* Tacit. multorum sen-
tentij declaravit; sed dum mulieres imperant, causam calamitatum ipsis
inhætere patet ex historia Semiramidis, Tullij filiæ, Marie Stuartæ Scotæ
&c. & ex S. Scriptura Esa. 3. v. 12. cap. 19 v. 16.

41. His accedit, quod muliebris garrulitas id solum tacere
possit, quod nescit. Hinc Plaut. in *Trinam.* rem secretam non vulnere
Uxori communicandam. Taciturnitas autem est Imperij fundamentum,
quod recte intelligebat is, qui negabat subducendam scire debere, quid age-
ret corpus. At quæ mulier tacitura reperta fuit? Nulli non verè dici
potest: Plenarimur es, hac atq; illac perfluis, *Terent. in Eunuch. act. 1.*
sc. 2. Fatetur Porcia Catonis Uicensis filia Viro Bruto muliebrem natu-
ram, fragilem ad arcana ferenda. *Plutarch. in Brut.*

42. Excludo ergo ab imperio mulieres, (nisi lex & mos patrius aliter
jubent) cujus dulcedinem dum degustant, cum Vandæ Polonæ procos
omnes

omnes respuere, quod malint Principes esse, quam Principū Uxores Crom.
Inhist. Polas. Concesserat Maria Henrico Stuarto regnum, sed quam citò
pænitentia duxta illud repetuit, maritum interfici curans? Bucha. lib. 18. 19

43. Præter Fæminas spuriis successionem in regnis
competere nego. Nec valeat eorum objectio, ubi ICtus ait: Patris
delictum non debere filio pæna esse. Nam quando spuriis nihil de jure
debetur, nullam vel pænam sustinent, vel injuriam, si nihil accipient,
quia iure suo utuntur. Hoc observari debet, ut ab adulteriis & scortatio-
nibus licentia Principum abigatur.

44. Verum ut definitio Monarchiæ th. 25. tradita magis intellectui
pateat, inter Philosophos omnes constare dico, non esse Regem qui im-
probis infectus moribus dominetur. Auson. in Monosyll.

Qui rectè faciet, non qui dominatur erit Rex.

Rectè autem facit Rex, si semper benefaciendo cum clementia & bene-
ficiencia subditos gubernet. Lex enim constituta est hominibus juxta
Eurip. in Hippol. Coron. μισθίν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. Cle-
mentia autem severitate temperanda est, ne dum fertur vetus injuria,
invitetur nova.

45. Chrysippus condecorè apud A. Gellium in noct. Attic. l. 14. c. 4.
imaginem justitiae depinxit, ac pingi solitam à Pictoribus scripsit ad hunc
ferè modum: formâ atq; filo virginali, aspectu vehementi & formidabili,
luminibus oculorum aeribus, neq; humili, neq; atrocis, sed reverendæ
eiusdam tristitia dignitate. Per imaginem autem illam intelligi voluit
Judicem, vi & maiestate æquitatis ac veritatis terrificum.

46. Nam quando Regem à subditis amari volo, justum intelligo
bonorum subditorum amorem. Aliás optimus Princeps malis necessariò
odio est, juxta effatum Aristot. l. 10. Eth. c. 10. Πολλοὶ δὲ πεφύκασιν ἀτ-
δοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ, ἐδὲ ἀπέκεισθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ ἀ-
χέρων, ἀλλὰ διὰ τῆς πιμωχείας. Reges ergo terrori sunt improbis, non
autem quibusvis absq; discrimine, velut Sultani & Principes barbari,
qui nolunt se firmis & fidentibus oculis respici, quasi sint basilisci, aspectu
ipsis necaturi, adeas Joan. Spinaum lib. 3. de tranquill. animi, è cuius
spinis rosas sine vulnere.

47. Prolixum esset cætera coacervare, quibus Regem solent Politici
instituere. Unicum clementiae singularis exemplum Aurelianum comme-
morare

morare libet. Egregium enim est, & immortalis gloria dignum, quod cum Tyana ob sideret, juravit, ne canem quidem militares gladios evasurum, si urbem expugnaret. Urbe captâ, quando ad crudelitatem illum improbi exacuebant, canes ad unum mactari jussit. *Vopisc. in Aurel.* Sed ad exempla status Monarchici me conservo. Præcedat Hispanus, cui quoque Boterius in suo Amphitheatrido primum dedit locum.

48. HISPA NIÆ regimen haud dubiè regium est, in quo deficiente masculo hærede etiam filia succedit. Rex nascitur, non eligitur. Licet autem Rex absolutus sit, non tamen in omnibus suis regnis pari nititur imperandi potestate. *Joan. de Laet in descript. Hispan.* Plura enim regna ab unolicet administrentur, ob id non sunt unum regnum. Itaq; Hispaniarum Rex platum Rerump. planè separatarum capuc existit, *Besold. in Polit. l. i. c. 1. tb. 41.* ARRAGONIAM quod attinet magna sunt jura ac libertates Arragonensium, ait *Tbuanus*, quas sibi plane conservari volunt. Hanc ob causam Imp. Maximilianus I dicto usurpare solebat: Se Regem esse Regum, Hispanum Regem hominum, Gallum Regem asinorum, addam Britannum, Regem Diabolorum; *Lans. Orat. pro Hispan.*

49. Iogenia subditorum Regis Hispaniarum in ITALIA ut multum inter se diversa sunt: ita etiam rationibus ab ipso diversis reguntur NEAPOLITANIS potentè, SICULIS gratiose, MEDIO LANENSIBUS temperatè imperat, *Thom. Segeth. in discurs. Polit. è Gallico anonymo. Barclajus in lib. qui Icon animorum inscribitur, cap. 6.* Italæ regiones fortunæ vi, ac erepta claritate imperij in Regū, Principumq; clientelam coactas esse dicit. Hinc in ijs mixti animi, semperq; pendentes sunt inter gloriose libertatis cupiditatem, cuius adhuc imaginem vident, & Principum, ad quorum patrocinium confugere, necessariam simul, gravemq; potentiam.

50. Regnum PERSARUM sine dubio Monarchicum est. Rex enim universam potestatem habet tam in sacris, quam profanis, cum se supremum Sacerdotem ferat, & unicum legum ferendarum, & abrogandarum Dominum, *Joan. de Laet. in statu regni Pers.* Persæ autem, ut Teixeræ ait vocant Regem suum Xa sive Patxa, i. e. Regem; quod nomen alias Scachus effertur, *Olearius in Itiner. Persico germanicè edito.* Licet autem regnum hoc sit absolutum, tamen non ita accedit ad tyrannidem, quam

quam Turicum, quod observavit *Boterus in suo amphit.* Nam non tam
tum Nobilitas hic magni aestimatur, omnibusq; rebus tam pace, quam
belli gerendis adhibetur; sed & plures in hoc regno sunt Principes, qui
bus vulgo tribuitur nomen Chanis, i. e. Principis. Quoad civile imperium
jutitia hic bene administratur, & crimina severè puniuntur. Neq;
enim aliter absterrentur Persæ, in omnia vitia proclives. Ita demum
concludit *Boterus*: Persæ Turcas superant civilitate, & humanitate. Tur-
cas accusat *Busbeq Epist. 3.* quod ea præstant brutis animantibus, impri-
mis felii, quæ non præstant rationis participi, & sibi congeneri, certè mi-
nimè darent homini Christiano. Respondent concessam homini à Deo
rationem, & gregium ad omnia instrumentum, quæ tamen ille abutatur,
sic ut nihil ei cadat incommodi, quod non suâ culpâ contraxerit, sic circò
minore misericordiâ dignum. At brutis nihil à Deo tributum, præter
quosdam motus & appetitus naturales, quos non sequi non possint,
ideoq; humanâ ope & commiseratione sublevanda

51. Status Reip. Anglicæ Monarchicus est, *Thom. Smithus l. 2. de Rep. Angl. c. 4.* Rex enim Angliae summam pacis, belliq; denunciandi po-
testatem habet. Ab autoritate regia pendet publica moneta æstimatio,
quæ ejus imagine tituloq; excuditur. Forma, pondus, argenti puri aut
impuri falso ad nutum solius Regis spectant. A donatione regia supre-
ma officia regni pendeant, tamen ad judicia, quam dignitatem, sive ad cle-
rum deniq; aut populum pertinentia. Summam ergo habet & absolu-
tam in omnes potestatem, ac promptum omnium obsequium. Nam li-
cet Rex in fortunas subditorum non plus possit, quam aut regni consue-
tuine stabilitum est, aut parlamentariâ sanctione ipsi permititur; ta-
men in corpora eorum plus potest, quam ferè ullus Princeps Christianus.

52. Jacobus autem Anglie Rex, quem Orbis amorem ac
Patriæ Patrem *Lansius in Orat. pro Britann. vocat, lib. 2.* Βασιλεὺς δά-
g̃s Henrico filio exhibiti hæreditarium morbum Nobilitatis queritur,
qui est, elata & fastuosa suæ magnitudinis & potentie persuasio. Hanc
nuper Parlamentum regni Angliae ac miles reipsâ declaravit. Non ve-
ritati absolum est, quando *Rhodig. l. 8. lect. antiqu. c. 14.* regnaturum id
inire iter, cuius exitus mors est, probat. Tam varijs enim illi, tamq; sum-
ma pericula undequaq; imminent prorius, ut quam ægerissime commu-
nem horis ac periculi sorteum possit evadere.

53. Magnus est ad imperium ascentus, maiores in imperio labores,

maximi cum alcederis ex alto casus. Si mihi non credis Jul, Casarem
interroga, Caligulam quoq; Claudiū, Neronem, Galbam, Ottōnem,
Vitellium, Domitianum, Commodum, Pertinacem, Bassianum, Macri-
num, fædissimumq; oronum Heliogabalum, Alexandrum, Maximianos,
Maximos, Gordianos, Philippos, Decium, Gallum, Volusianum, Valeria-
num insigni calamitate notabilem, ac contemptorem paternæ misericordiæ
Galienum, Aurelianum, Probum, Julianum, Licinium, Constantium,
Valentem, Gratianum, Valentianum: ac ne ad fastidium cuncta com-
pleteat, totam illam Tyrannorum simul & Principum seriem percun-
ctare, uno Tibi ore omnes responsum dabunt: eodem se calle ad impe-
rium & ruinam ascendisse, ubi omnes periculum & laborem, multi ini-
serabiles in vitæ exitum invenere; antiquitas autem nullum præbet exem-
plum supplicii publici sumptu à Rege. Sceptrum & diadema sunt fulgi-
dae compedes, claraq; miseria, quæ si plenè omnibus nota esset, non co-
ties uno de solo litigarent duo, sed plura essent regna quam Reges. Ps.
trarcha dial. 96. de remedii utriusq; fortunæ.

54. Quæcunq; autem quoad Angliam nunc avres nostras feriunt,
prædixit olim regnante Elisabetha Thom. Campanella cap. 25. Monarch. His-
pan. ubi Parliamentum Londense immensam potestatem sortiri dis-
xit, ut videretur Remp. intendere, cum Populi Sepientiales naturâ
vix Dominum ferre possent, plenâ potentia fretum. Ante unum & ses-
qui seculum Anglia habebat duo capita, Papam & Regem, quæ opti-
mum corpus deturant. Monstrosum enim est animal biceps, Petrar.
Ep. 4. sine tit. Jam nullum adest! Primum caput ab alio, secundum à
membris est resectum. Qui insuper desiderat mutuam obligationem
inter Regem & subditos nosse, aeat Amesum de Conscientia. & ejus
jure lib. 5. c. 25. ac Steph. Junium in Tract. de Jur. Magistratus in subdi-
tos, & officio subditorum erga Magistratus.

55. Ad alia regna transeo! Rex SCOTIÆ, ut ex ipsorum sacris
scriniis Cambdenus loquitur, directus est Dominus, regiamq; habet au-
toritatem & jurisdictionem in omnes regni sui Ordines, tam Ecclesia-
sticos, quam Laicos. In ordinum regni Conventu, qui eodem quo apud
Angios nomine vocatur Parliamentum, leges ab Ordinibus latæ exhiben-
tur Regi. Hic sceptro conspicuus, quod à Cancellario porrigitur, dicit:
Ego rata habeo, quæcunq; in Comitiis hisce facta sunt.
Nam si quid Regi displiceret, id ante solet deleri.

56. In

56. In hoc regno primi motus extitere, quibus intumuit Anglia. Sed nimis prolixum foret totam narrare historiam, remitto ergo Lectorem ad Irineum Philalethben, Eleutherium (ut dici gaudet,) qui optimum scripsit Commentarium, causas, occasiones omnium motuum perspicuè proponentem. Nihil profectò in regnis est calamitosius atq; pestilens intensis seditionibus & Discordia: Sed apponam Carmen Petri discordiam elegantè depingentis:

In tremuere tuba, scisso discordia crine
Extulit ad superos stygium caput: bujus in ore
Concretus sanguis, contusaq; lumina flebant.
Stabant irati scabri rubigine dentes:
Tabo lingua fluens, obfessa draconibus ora.
Ac inter toto laceratam pectora vestem
Sanguineâ tremulam quatiebat lampada dextrâ.

Multum debent BATAVI Salustianæ sententiaz: Concordiâ parvæ crescent, discordiâ maximæ dilabuntur.

57. HIBERNIAE Pro Regem quod concernit, nullus alias in toto Orbe Christiano Pro Rex est, autore Cambdeno, qui proprius ad regiam Majestatem accedat. Bella gerit, pacem componit, Magistratus & munia omnia, præter pauca confert, crimina, nisi quædam laesa Majestatis, remittit, Equites auratos creat &c.

58. Reges SVECIÆ Monarchicè imperant, quorum successio ita est mutata, ut qui olim suffragiis eligebantur, nunc sint hæreditarij; jurant tamen in religionem Augustanæ Confessionis & Leges Regni. Gravibus oneribus levandis Senatum regni constituerunt, qui à selectissimatoius Sveciæ nobilitate eligitur, ac supremum agnoscit regni Cancellarium. And. Bureau in descript. Polit. regim. Suec.

59. Resp. GALLIAE Monarchica est, velut è Bernard. de Girard. lib. 3. collegit Joan. de Laet, Regem sui non minus amant, quam metuunt, licet ejus libertas limitata ac constricta sit legibus; ac multitudine diversa Officialium, qui illi assistunt. Tria tanquam frena, ait Claudius Seselius, Regum Galliæ summam potestatem temperant: Religio, Jus, risditio, Politia...

60. Regni DANIAE regimen, cuiusmodi & hodie animadvertisit, ita est temperatum, ut inter Monarchicum & Principatum velut

intermedium, Monarchia tamen persimile fuerit, cum Regum electio non nisi ex regia sit facta familia; & omnis penes eosdem, quemadmodum & hodie constituerit autoritas Pontan. in Chorograph. Dan. descript. Adeò ut qui assertum velint, (inter quos Bodinus lib. I. de Rep. c. 94.) Dania non Reges, sed Principes potius esse, nec habere jura Majestatis, quod peculiaria aliquando pacta inter nobilitatem & Regem ante ipsam inaugurationem præter solemnia sacramenta intercesserint; illis scendum, ea cum momentanea fuerint, & in arbitrio cuiusq; posita, nihil derogare regiæ potestati. Nam ad juramenta, quibus justitia & salus Reip. consistit, adigi Reges, priusquam initientur, ex usu ac statu cuiusq; imperii habetur. Pontan. ib. Ex Ordine Nobilitatis in Dania eligunt Senatores regni, quorum numerus 28 raro excedit; Barones, Comites, ac Duces plane ignorant. Si aliquid magni accidit, ut de pace aut bello, item de fœderibus ineundis, vel de finibus defendendis sit deliberandum, Concilium Senatorum à Rege indicitur. Legibus utuntur passim Civitates, populusq; ac pagi omnes municipalibus, iisq; paucis, nec male, cum juxta Platonem, ubi plurimæ leges, ibi & lites plurimæ, moresq; improbi vigeant.

61. Licet autem interdum leviter aliud admisceatur simplici formæ Reip. non tamen propriè propterea dicitur Resp. mixta, de qua seorsim suo loco agam. Vera enim mixtio ita temperatur, ut singula pars à sua Majestate aliquid remittat, sicut elementa remitti' necesse est, quando perfectè miscentur, Plato 3. de Leg.

62. Demum Consularem potestatem apud Rom. regiæ potestatis exemplo accessitam fuisse, vetustatis argumentis declarat And. Dominic. Floccus, (dudum Fenestellæ nomine falso circumlatus, teste Paul. Melissio,) l. 2. de potest. Rom. c. 7. Exactis enim Regibus duo Virtù creati sunt, quibus præterquam quod annum imperium datum, nihil aliud est mutatum. Itaq; lictores & trabeam (de qua vid. Alex. ab Alex. l. 5. genial. dier. c. 18.) ceteraque Regum insignia retinuere. Quod autem consulere Reip. deberent Consules appellabant. Primi Consules post exactos Reges fuere L. Jun. Brutus & L. Tarquin. Collatinus. Brutus cum Collega egit, ut penes alterum duntaxat fasces forent; ne si penes utrumq; populus conspexisset, duplicatum terrorem ex uno ad duos Reges quereretur.

63. Dictatura nihil aliud fuit, quam parvum & abruptum regnum,
Arnisi.

Atnis. lib. 2. de Rep. cap. 6. sect. 4. num. 43. Varia leges apud Alex. ab Alex.
l. 4. genial. dier. c. 23. Dictator autem dictus est, quod futuros Magistratus
dictare solitus sit, ut *Varro* notat. Apud Rom. primum dictatorema
fuisse Largum scribit Raphael Volaterr. in *Comment. de Mag. & Sacerd.*
Rom. ex Comment. Urban. lib. 29. Magistratus dici ccepit, postquam à
Pop. creatus fuit Magister Populi, i. e. Dictator, *Pomp. Lat. lib. de leg.*
Roman.

64. A Regno, quod haec tenus tractavi, proximè abest dominatus inter
regnū & Tyrannidem ambiguus. Dominus enim non evertit subditos,
quod est Tyranni, nec eorū salutem primā habet, quod est Regis; verū
ad imitationem Dominij, quo Paterfamilias utitur in servos, regnabit, li-
bertatis & fortunarum orationem Dominus. Sic in Africa Abyssinorum
Rex, Presbyter Joannes dictus, (cui Horatius Malaguccins latissimum
asscribit imperium, excepto tamen Rege Catholico,) dominice imperat,
Dotberus in Amphitheatr.

65. Magnus Dux Moscorum regit suos populos magis despoticè,
quam ullus alius Princeps, quem novimus. Disponit enim absolute de
personis subditorum & eorum rebus. Vid. Casparus Ens in *Thesaur. Po-*
lit. Apotelesmate. 16. Ut in potentia se conserveret, incredibili artificio &
industriā utitur. Non licet cuiquam suorum Vasallorum, nisi cum venia,
pedem regno efferre sub pœna mortis. Ne alias plus Duce scire possit,
nullas ibi reperies Scholas, nisi in quibus legendō & scribendo operam
navant. E diverso meritò *Magirus in descript.* *Wallia* laudat Cambros,
quod nemo tam pauper apud eos sit, qui non tradat liberos suos literis
quodammodo instituendos. Julianus quem Græci *Σεβάτην* voca-
bant, olim claudijussi Christianorum Scholas, ut ex profanis autor est
Ammian. Marcell. l. 22. Illud, inquiens, inclemens erat, & obruendum
perenni silentio, quod arcebat docere Magistros, Rhetoricos & Gram-
maticos, Christiani ritus cultores. Vid. insuper *Sozomenum lib. 5. Histor.*
Ecclesiast. Cap. 18. Camerar. in Catal. Caesarum.

66. In ceremoniis ad religionem spectantibus Magnus Dux utitur
exquisitâ sagacitate. Assidens tamen multa signa exhibet, quoties bibit,
aut mutari patinas juber. In jejunii exhibet singularem venerationem,
ut in templo pra deviatione fronte terram percutiat. Hoc præceptum
Arist. l. 5. Polit. cap. 11. Tyranno injungit, ut simulet pietatem & curam
Deorum

Deorum duplii de causa, 1. ut bonam Cives de eo spem concipiantur, scilicet, ut nihil designet in justè, qui Deos colat, 2. ut nihil moliantur adversus Principem, quem Deo charum esse credant propter pietatem.

67. Ex hoc loco sumpsit Machiavellus dogma suum, quod tan-toperè exploditur, sufficere videlicet, si pietatem Princeps simulet, leg. Machiavell. Princip. c. 18. Quid ad hæc Anti-Machiavellus lib. 2. ab initio? & Teor Machiavellum exclamat, qui nullam pœnam simulationis reformat. Idem Anton. Possevinius molitur in judicio suo de Machiavello lato.

68. Coeterum Pietatis in Comment. sup. lib. 5. Pol. Arist. c. 11. videatur non nihil excusari posse Machiavellus, his modo rationibus. Non enim vetat Principem debere esse religiosum, sed plurimum religionis ostensionem facere ad continendos in officio cives disputat; id quod revera est. Vulgus enim proprio illum habet, qui omnibus dictis & factis ad pietatem se componit, audiendo sacra, audeundo fana, benefaciendo iis qui in sacris operantur, summa, mentiendo in omnibus studium divini cultus. Ferè enim homines magis specie & colore rerum, quam rebus ipsius permotos judicare novi. Videndi facultas omnes attingit, attractandi verò duntaxat paucos. Nemo non video quid præ te feras: at pauci sunt, qui quid sis sensu percipient. Docuit etiam Cicero multa olim à profanis gentibus superstitione inventa esse, non tam pietatis & religionis, quam Reip. causā. Sed his missis alium producam Dominatum.

69. OTTOMANNORUM regimen (Ottomannus primus illorum Imper. dicitur ad annum salutis humanæ circiter millesimum, tercentesimum vixisse, Sleid. de Statu relig. Comment. 14.) est planè Despoticum, quod ex Politia Regia anonymi cuiusdam constat. Magnus enim Turca adeo absolute Dominus recum omnium intra fines sui dominii contentarum existit, ut incolæ se sua mancipia, non subditos nuncupent. Nec sui quisquam Dominus est, multò minus domus, quam inhabitat, aut terræ, quam colit, exceptis aliquot familiis in Constantiopolis, quibus præmii loco id concessum à Mahumete 2. Nec aliquis tam magnus erit, ut vitæ, non dico fortunarum, aut status, in quo agit, securitatem sibi promittere possit. In hoc pleno dominio, conservat se Turca duobus mediis: auferendo nempe subditis arma, quibus & Scottis Donaldus interdixerat, Buchan. lib. 4. rerum Scotic. sub Reg. 33. deinde ponen-

ponendo omnia in manus Apostatarum. Janizatos vocant, quos in ipsorum pueritia tanquam decimas à Christi ovis accipit. Majestatem vi potius, quam jure tueritur, ait Joan. Baptista Moni albanus in Comm. rerum Turcic. Imò necesse est Turcis Imp. Fratrum sanguine manus polluere, à parricidio regnum ausplicari, nec imperii emulos ferre. Busbeq. Ep. i. Leg. Ture. Visu est difficilis, egressuq; juxta rarus & gravis, unde virtutum latebræ, ac major tanquam è longinquo reverentia; & ob præcipites mandatorum executiones arcanus terror omnes invadit subditos, sanctaq; ignorantia, quid sit illud, quod solè reverentiā vident. In Europa hodie dominandi alias severitas expravit, nisi quod ejus reliquias in Feudis videas.

70. Longissimè à regno abit Tyrannis omnium Rerum. deterrima, quæ Idéa in justinæ Platoni, mater ædixiæ Euripiæ dicitur. Necesse est enim declinationem à prima & divinissima forma esse deterrimam, Arst. 4. Polit. c. 2. quia contrarietas est nixa differentia, ac contraria definiuntur, quæ sub eodem genere posita, maximè à se invicem distant. Inter varias autē Tyranni definitiones illa in notis Mosellani ad A. Gell. in noct. Attic. l. 7 c. 17. atridet, quæ talis: Tyrannus est, qui non subditis, sed sibi imperiū gerit, habens pro legibus libidinē. Quia enim imperium in se transferre nequit, si Leges, cordatiq; Viri obstant, tū hos tum illas prius tollit. Adumbrarat hoc consilium Tarquinius Sup. filio, dum eminentia papaverum capita virgulâ decussit, per hoc Principes Gabiorum interficiendos monstrans, Flor. lib. 1. cap. 7. Audi tyrannicam vocem Caligulæ, Carnifice quā in Imperatore dignorem: Optare se unam duntaxat habere cervicem Pop. Romanum. Huic postea à Chærea occiso non sine causa insultavit P. R. at tu, inquit, unam cervicem habes, nos verò multas manus. Hic Tyrannus nihil magis in natura sua laudabat, quārā ædixiæ physiæ s. inverecundiam, testis est Svetos. Post ejus interitum populus de reperenda Rep. cogitavit, Joseph. l. 39. antiquit. Judaic. sed cunctando exercitus occupandi facultatem Claudio dederunt. Nulla autem sine metu ac tumulto animi dies est Tyranno, nulla nox ibit, nullus non suspectus cibus, nullus sopor imperterritus, dum ubiq; cervici imponentem viderit mucronem, quem amico opes fortunasq; suas miranti non ineptè monstrasse dicitur Dionysius, Tyrannus quidem, sed tyraanidis æsumator acutissimus.

71. Estergo Tyrannos velut in Tartaro Orcus, non tricipiti, sed capitum

pitum multorum Cerbero constipatus, qui cuncta trahat & laceret.
Rhodigin. l. 22. lection. antiqu. c. 22. Meminisse item volo & Tragicos
alios, ubi Tyrannum aliquem inducunt pereuntem, hafce illi voces at-
tribuere: Heu pereo miser nullis amicis fultus! Idem querebatur Nero,
qui crudelis cognomen perpetuum Romæ accepit, Guevar. in horol.
Princ. l. 1. c. 39. Supremâ enim illâ suâ nocte terribili & miserâ, sed sibi
debitâ, ut quoddam specus ingrediens ignominiam mortem & ludi-
bra populi persequenter evaderet admonitus, negavit se vivum sub ter-
ra itorum, Petrarcha Tract. de remed. utr. fort. dial. 54.

72. Tyrannicum imperium Magni Mogolis in Asia Joan. de Laeti
exhibit, apud quem cum nullæ sunt scriptæ leges, Tyranni voluntas pro
lege haberur. Apud alias Nationes barbaras, quæ scribere nesciebant,
utsunt Aethiopes, Congi, Angolæ ac alij, imponebantur leges subditis
verborenum, Molina Tom 6. de Just. & Jur. disput. 71. Sed ut ad id redeam,
undè digrediebar, statuo Tyrannum à Rege in eò differre, quod Rex
commune Reip. bonum, Tyrannus verò suam privatam utilitatem
querat: Ita Lex lucta à Tyrannica differt, quod justâ bonum Reip. publi-
cæ; tyrannicâ verò sola propria utilitas sine boni communis utilitate
intendatur, Molina dict. Tom. dis. 73. Idem Arist. me docet lib. 3. Polit.
c. 10. in fine. Magnus Mogol autem causas omnes terminat judicio irre-
vocabili, poenas capitales in damnatos statutas plerumq; ipse aspicit
summâ cum crudelitate, quos aut capite plecti, aut suspendi, aut palo in-
figi, aut elephantis aliisq; feris objici mandat juxta delicti modum.

73. Quæstio tandem hæc non inanis esse videtur: Utrum homi-
ni privato liceat interficere tyrannum? Dupliciter sit, ut
quis sit Tyrannus, 1. Ratione tituli, si absq; ullo jure armis principatum
invadat vel occupet, 2. ratione administrationis, ut si is, qui est verus
Princeps regni administrationem flectat non ad bonum publicum, sed
ad sua privata commoda, onerando illud injustis exactionibus, venden-
do officia Judicium, condendo leges sibi proficias, Reip. parvum utiles,
Leßius lib. 2. de Just. & Jur. cap. 9. dubit. 4. Primi generis tyrannus justè
à quovis potest interfici. Tyrannum quoad administrationem privatos
interimere non decet. Rationes ad thesin hanc firmandam passim oc-
currunt elegantes. Ea autem, quam nonnulli ex 1. Pet. 2. v. 18. fabricant,
est de nihil, cum ibi non agatur de subditis Principum, sed de manci-
pijs, & continet potius consilium, quam præceptum. Leßius. d. 1.

74. Addo

74. Addo, si tentum excrescat tyrannis, ut iatolerabilis videatur; ne cillum aliud remedium supersit, primū à Rep. vel Comitiis regni, vel alio habente autoritatem Tyranaus est deponendus, hostis declarandus, ut in ipsis personam liceat quicquam attentare. Tunc enim defensit esse Princeps. Leß. ib. Adcas præterea Steph. Junium Tract. de Jure Magistratum in subditos, & subditorum in Magistratus, non dispicebunt, quæ leges quæst. scitè deducta. Persis in Satyr. ita imprecatur Tyrannus:

Summe Parens Divum sevos punire Tyrannos
Haud aliā ratione velis, cum dira libido
Moveret ingenium, ferventi cincta veneno,
Virtutem ut videant, intabescantq; relictā.

Fiat! Coronis loco illud Petrarcha in lib. de remed. art. fort. dial. 91. subdā: Tyrannus aufert libertatem alii, securitatem sibi, quietem utrisq;

75. Ad cæteras Rerum. formas progredior, quando vel pauciores, vel plures ex universo ordine civium imperant. Priorē statum Aristocratiā, si bene constitutus fuerit: si male Oligarchiam voco. Indefinitē ad Aristocratiā requieuntur pauciores. Thietmaros præfecisse sibi 48. primores autor est ille qui Regis Daniæ expeditionem in eos descripsit; alii populi plures, pauciores alii admittebant. BATAVI suos adhuc hodie habent Ordines, qui Aristocratiā constituunt. Ex ordine suam quisq; sententiam in rebus gerendis declarat, ejusq; rationes sine aliquum interruptione, & quod major pars decernit, ratum habetur Paul. Merula in diatriba Stat Batav. Sunt enim qui tradunt, juxta H. Grot. de antiqu. Reip. Batav. cap. 7. magna Imperia à Regibus, minima à populo non incommodè regi: his autem nationibus, quæ mediocrem habent magnitudinem, & præsertim quæ sua norint fortiter tueri, aliena non appetant, congruentissimam esse Optimatum potestatem.

76. Sic & veteris statis habent rationem Batavi, qui non minus hodie, quam antiquis Principum temporibus penes Ordines summum rerum Imperium esse voluerunt, quod patet ex decreto Ordinum Holland. & West Fris. an. 1587. descripto. Constant autem Ordines è terræ nobilibus, & sex primiarum Civitatum Viris, doctrinâ singularibus, experientiâ stupendis, Ludov. Guiscard. in descript. Holland.

D

77. Adde,

77. Addit. quod in omnibus rebus veritas ipsa plurimum habet dignitatis: ita ut Massilienses, quorum præstantissima creditur fuisse Resp. Grot. d. l. laudentes eo nomine, cum gladio ad puniendos fontes vni sint eodem à condita Urbe, quo indicarent, in modis quoq; rebus antiquæ consuetudinis momenta servanda. Soleant quidam sic in omnibus antiquitatem admirari, ut ingenium, resq; gestas Juniorum proslus despiciant, Crinit. lib. 18. de honest. discipl. cap. 9. Proximè enim ad Deum accedit antiquitas, æternitatis quâdam imagine, unde Senectutis veneratio animis nostris innata est, quam in Rep. tanto magis, ut in hominibus, colo, ad maior. Certissimum autem argumentum imperii benè constituti est diu proposita, hinc major ejus fiducia amorq; civibus, nec aliam magis ob causam durat Respublica, quam quia duravit.

78. Magnum insuper est, ut Piccartus me cū nagegatione informat, Aristocraticæ dominationis arcanum, cavere, ne Particuli cum plebeis matrimonia inceant, nevè item familiae deficiant patriciæ, sed sublegantur aliæ. Penes autem virtutis excellentiam debet esse πολυεργον imperii. Apud Rom. olim maximè solos Patricios admittebant ad Magistratum, Lips. de Magist. P. R. cap. 3. A Romulo id institutum, qui autore Dionys. lib. 2. sanxit τέτοια Eunomia ñεργάται πολλά ἀρχέσθν πολλά δικαιάζου; cuiatamen legi non diu locus fuit, teste Livio.

79. Actum hactenus de Regno & Aristocracia, reliquum est ut de Democracy, ejusq; affini, sed exerrante, Anarchia agam. Nomen autem Democracy quandam ισογονίαν promittere videtur, quia libertas est generalis ejus nota, ac Civilis æqualitas, eaq; non Geometrica, sed Arithmetica. Jus enim populare est, æqualia habere νομίσματα, & νομίσματα, Arist. 6. Polit. 6. 2. Αρέσκεια, πενία, βαρωσία nil prohibent, quo minus sint æquales. Hinc cum omnes sibi habeantur æquales, nihil est tam inæquale, quam æqualitas ipsa.

80. Libertatem quoq; vulgus sçpius interpretatur potestatem vivendi ut velit, τὸ γῆρας βέλεται, Arist. lib. 6. Polit. 6. 2. adenq; inter servitutem & licentiam extremam nihil agnoscit medium, sed ex defectu judicij tum bene cum civitate agi censem, quandò cuiq; civium agere licet quod liber. Hac populi licentia nihil est crudelius, ut merito Plato lib. 8. de Rep. in haec Democracy ponat ἀναρχίαν, quia ubi nemo parere vult, nemo imperare potest, & quid est Resp. sine ordine, quam confusio?

Eo

Eo modo plebs est ingens malorum cumulus, quæ nec rationibus, nec autoritatibus, nec suasionibus flecti potest, cum illas non intelligat has aspernetur: ad persuationes vero indocilis sit & obstinata. Phalaris, Agrippa inculcante, ad Egesippum scribens: Populus, inquit, temerarius est, demens, desidiosus, promptissimus in mutandam sententiam, perfidus, incertus, velox, proditor, fraudulentus, voce tantum utilis, ac ad iram & laudem facilis: hinc evenit, ut qui in agenda Rep. populo placere anuntiatur, honestis pereat contumeliis. Quid? quod Lycurgus, Legislator Lacedaemonius interrogatus aliquando, cur in Rep. sua statum popularem non constituisse, respondisse fertur interroganti: tu prius in domo tua efficito principatum popolare, leges apud Henr. Cornel. Agripp. lib. de incertitu dino & vanitate scientiarum, cap. 55.

81. Licet autem æqualis libertas studium virtutis apud meliores erexit; vulgus tamen eam, ut dixi, in licentiam vertet, & ex impunitate estimabit; quare ad imperium alternum deveniendum est, ut ad illud omnes per vices admittantur, Arnis. lib. 2. de Rep. cap. 5. sect. 4. num. 8. 9. 10.

82. Demum dico Democratiam non posse esse stabilem, nisi per accidentem, ob turbas intestinas. Regem quidem tam ob excellentiam virtutis, quam innatam, aut heroico spiritu acquisitam Majestatem admirantur omnes & venerantur, Arnis. lib. 2. de Rep. c. 7. sect. 4. num. 52. Inter nobiles vero & vulgus tam propter studiorum, quam originis diversitatem naturale quasi dissidium sevit nescio quis pravus & quieti inimicus Genius. Ex quo oritur, ut plebs non ferat imperium nobilium, multo minus nobiles plebis, nisi coacti. Fieri enim non potest, ut liberter quis se subjiciat illi, cuise longè præfert, & in quem sibi imperium à natura datum novit. Naturaliter enim Parentes debent imperare liberti, Nobiles ignobilibus, Seniores Junioribus. Domini servis, meliores deterioribus, Sapientes imperitis, id quod rectè docet Plato lib. 3. de Leg.

83. Nec plebs sat virium habet ad compescendos nobiles, cum difficile sit fortioribus repugnare velle, Pindar. in Nem. Od. 10. Lonic. interpr. Quid enim rectè homo imperitus atq; abjectæ fortunæ faceret? à quo hoste non contemneretur? Phormio, apud Pausaniam in Attic. interpr. Romulo Amusa, cum vita integritate, & majorum splendore Atheniensium cuivis par esset, ita accidit, ut ære alieno obruius in Paenensem curiam secederet, ibi cum à Republ. sejunctus degeret, tamen ei ab

Atheniensibus classis imperium decretum est, hoc negavit se suscep-
tum, quod apud milites, nondum ære alieno soluto, nihil esset auto-
ritatis habitus. Si Phormio recte classem Atheniensium ducere recu-
savit, quod paupertas demeret autoritatem, quid autoritatis expectari
poterit à sordida & contempta plebe? Sufficient!

84. Ad materiam porrò Rerump. mixta pertinet forma, ex dictis
temperata, quam nullo simplicium nomine recte dixeris, nec eam repe-
tiri negabis ex th. II. Talis autem Reip. forma optimè videri debet &
dilecta & temperata. Nam cum in re omni id quod medium est probemus;
medium autem modò dicatur id, quod remotum utrinq; est, modò id,
quod utrumq; participat, apparet, hanc Remp. ita inter regnum & mul-
titudinis imperium esse constitutam, ut & mala utriusq; declinando, à se
avertat, & bona imitando in se derivet. H. Grot. lib. de antiqu. Reip. Batav.

85. Sed quia Arist. 4. Polit. c. i. non esse Ideam Reip. singendam
monet, qualis est Resp. Platonis, & Utopia Mori, respiciens potius ad ex-
empla, quod hactenus feci, utrum conditio hominum patiatur sibi talem
Remp. induci, formas Rerump. quas pro mixtis Viri docti venditant ex-
aminabo, ut experiar, an hodie ullibi mixtio inveniatur, eaq; constans.

86. Urbs Veneta, Italæ horreum Thome Segebo, à prima
origine ad hæc usq; tempora per mille fere ac centum, quiq; excurrunt,
annos, uti supputat Contarenus lib. I. immunis semper ab hostili vi
perseveravit. Venetiæ si non extarent, summo hodie Italia careret or-
namento, res Christiana præsidio, libertas perfugio, natura miraculo.
Sannazarus Poeta Maroni Musâ proximus, ut tumulo in eatum glori-
am considerat Hexastichon.

Viderat Adriaticis Veneram Neptunus in undis
Stare urbem, & roti ponere jara mari:
Nunc mihi Tarpejas quantumvis Juppiter arcess
Objice, & illatui menia Marris, ait;
Sic pelago Tibrim prafers, Urbem aspice utramq;
Illam homines dice, hanc posuisse Deos.

S. P. Q. Venetus carmine aureo delectatus Poeta in grati animi signum
pro singulis versibus singulos centenos aureos donavit. Verum aliud
quiddam est in hac Urbe, quod longè omnium præstantissimum censue-
runt, mecumq; omnes censerunt, qui civitatem non tantum mænia ac do-

MOS

mos esse putant; sed afferunt civium conventum ac ordinem potissimum hoc sibi nomen vendicare, Reip. scilicet rationem & formam, ex qua beata vita hominibus contingit, hoc ego reor esse eximium illud ac præclarum, quo Venetiæ maximè eniteant, ut omnem antiquitatem superare videantur.

87. Celebris est sententia, inquit *Grassis in not. supra Jannott.* eruditissimi Viri Casparis Contareni, qui temperatam Venetiæ Reip. formam statuit ex Regno Aristocratis, statuq; populari, ut hæc una Resp. & regium Principatum, & Optimatiam gubernationem, & civile regiam referat. Omnia formas pari libramento commiscuisse videatur, *Cotovic. Cap. 1. Synops. Resp. Venet.* Operis totius processus talis est: Apud quos summa residet totius Civitatis autoritas, & ex quorum decretis, legibusq; pendet tum Senatus, tum etiam omnium Magistratum auctoritas, est Concilium illud Magnum, (ut loquitur *Jannottus de Rep. Veneta*,) in quo omnes nobiles cives convenient, qui annum 25. excelsere, aut pleriq; alij, nondum id ætatis habentes. Universus ergo hic Civium conventus, seu Magnum Concilium vicem refert popularis status Senatus, Decem Viri, ac Præconsultorum collegium, de Rep. ad Senatum referens, ostendunt quandam Optimatium speciem. Dux vero, qui præfinitura imperandi tempus non habet, sed dum vivit, presidet, regiam præ se fert potestatem, præsertim cum regiam speciem habeat, ac gravitatem dignitatemq; Regis servet. Titulus ei datur Serenissimi & Celsitudinis, æquè ac primæ dignitatis Ducibus. Cives regiā veneratione Ducem prosequuntur, omniaq; decreta ac Leges, tum etiam publicæ literæ sub Ducis nomine prodeunt.

88. Bodini argumenta contra hanc sententiam molli, quod ajunt, brachio refelli possunt. Nam quod probare contendit Veneto Principi Imperij jus nullum esse, sed imperij duntaxat speciem quandam apparentem, thesi meæ nil efficit. Nam si Venetus Princeps summato haberet potestatem, simplex esset gubernationis forma Reip. Venetiæ. Cum vero ductu summarum autorum temperatam statuam, nihil est opus, Regiam potestatem integrum persistere. Sufficit enim, ut quadammodo insit intra certum modum, quemadmodum rebus omnibus eveoit, quæ inter se miscentur. Non enim re ipsa seu actu, ut Scholæ loquuntur, sed vi duntaxat & facultate formæ missæ permanent, idq; ad temperamentum perfectum, si quid aliud, requiritur. Antequam ad alia descendam illud *Frischlini annectam Urbis Virginis encodium:*

*Aut Venus à Venetiis sibi fecit amabile nomen,
Aut Veneti Veneris nomen & omen habent.
Orta maris summa fertur Venus; & Venerorum
Si videoas Urbem, creditur ora mari.
Juppiter est illi genitor; sed Mars pater huic est,
Mulciberi Conjunx illa, sed ista Maris.*

*Complect amore sui Venus omnia: qui Venetiam Urbem
Non amat hunc nunquam debet amare Venus.*

89. Omnis porrò regendæ Reip. potestas à Majestate dependet, idcò quicunq; de perfecta Rerum. mixtione, utrum possibilis sit, vel minus, considerare voluerit, eum oportet oculos in Majestatem reflectere, & num inter Regem, Optimates & plebem sine contradictionis implicazione distribui queat, examinare. Arnis, lib. 2. de Rep. cap. 6. sect. 1. num 16. Qui enim mixtam Reip. omnino reprobant, tanquam figuramentum vetustatis, & placitum recentiorum, nimis perplexè mixtionem accipiunt pro confusione Rerum publ. Bodin, 2. de Rep. cap. 7. ac passim alibi. Thos. 6. de Rep. c. 1. Progredior ad Bojemos!

90. Bojemi unius ferè, temperato tamen, ac cum Optimatibus terræ diviso imperio voluerunt gubernari; Paul. Stransky cap. 5. Reip. Bojem. Incertus ter vel quarer, & quasi arbitrarius inter ipsos Reip. status fuit post morte abruptum Principum regimen. Leges regni fundamentales, quin & optima Legum interpres consuetudo, ac observantia diuturna ante unum & triginta annos in sensu contrarios trahi cœpit. Cum enim Ferdinando Archi-Duci Austriz, designato An. 1617. Regi, regnum post mortem Matthia abrogassent Bojemi, ac Fridericum 5. Palatinum An. 1619. regem creassent, majoribus, quam olim, contentiōibus de regni iure, ac dandorum Bojemis Regum rationibus, sicut armis, ita & calamis certarum utrinq; fuit. Hic Fridericus alterum regni inchoans annum cum Imp. Ferdinando 2. ac Maximiliani Bavariae Ducis copiis (Stransky cap. 8.) ad Pragam in Albo monte Marte adverso de regno dimicavit. Partim enim fuso, partim dissipato exercitu suo fugâ cum Uxore prægnante, liberisq; salutem quæsivit, regnum viatori relinques. Ferdinandus statim misit Pro-regem, ac regnum belli iure comparatum apprehendit, ultimo supplicio affectis adversæ partis Vicis ferè triginta, quibusdam ad carceres perpetuos, damnatis. Jam in Boemia statum habebis Monarchicum.

91. PQ.

91. POLONIAE hodiernum regimen mixtum est, licet olim ante suscepit religionem Christianam fuerit Monarchicum, teste Cromer. lib. 2. Erat quoq; olim Polonia Principis sive Duci nomine contenta, donec Otto 3. ejus nominis Imp. Romanus Boleslaum cognomen Chrobrum paulo post suscepit religionem Christianam, h. e. anno post C. N. millesimo & primo regio diademat dignabatur. Nec tamen ultra quartum Regem is honestus apud hanc gentem, cum ducentis amplius annis Principes Polonorum regio nomine abstinerent, donec illud A. C. 1295. revocatum à Præmislo in hunc diem durat. Potestas regia in Ordines, sacrum ac equestrem, & ubiq; subjectos homines vel bona angustis inclusa est finibus. In sacerdotes quidem ab initio suscepit religionis Christianæ Rex nihil proflus juris habet, de equitis capite & fama non nisi in Comitiis cum Senatu judicat, certis aliquot causis exceptis. Senatus in consulo nec bellum cuiquam facit, nec foedus publicè cum quodam init, neq; tributa aut vestigalia nova instituit, nevè alienat quicquam de bonis regni, neq; rem ullam majorem ad Remp. pertinentem statuit aut facit. Porrè leges novas condere, pecuniam extra ordinem publicè imperare, moneta am cedere, successorem sibi designare, ne cum Senatu quidem potest, absq; consensu cæteræ nobilitatis, sive equestris aut militaris ordinis, de quo ferè Magistratus etiam publici ac Senatori leguntur, ita ut penes ordinem hunc sit propemodum summa Rcp. Senatus regius sive regni sex & nonaginta consiliariis constat. Archi-Episcopus Gnesnensis, Legatus sedis Apostolicæ natus dictus, Primas regni & Princeps Senatus habetur. Proinde penes eum est potestas indiceudi Comitia, convocandi Senatum, Senatusq; consulata definiendi absente Rege, & regno vacante. Adde quæ scriptis anonymus quidam de statu Rcp. Polon. abibis doctor. Adde Arnis in doct: Polit. lib. 1. cap 8.

92. HELVETIORUM Resp ex Optimatum & populi imperio mixta est. Jos. Simler. lib. 2. de Rep. Helvet. In nonnullis pagis, qui non habent oppida, democratico imperio utuntur. Urbes Helvetiæ, Basilea, Turgurum, Berna, Lucerna, Friburgum, Salodorum, Scaphusium, ab Optimatibus reguntur. Sed una quedam est totius Helvetiæ Civitas, & commune totius gentis consilium, leges item ac decreta publica, quibus omnes tenentur. Eisi enim Legati, qui in publicis Conventibus in commune Rcp. Helvetiæ consulunt, aut jus dicunt, videantur

tus Optimatum regimen constitueret; tamen cum pleriq; domi à populo deligantur, atq; in causis paulo majoris momenti non habeant liberae decernendi potestatem, (id enim publicæ libertati grave & periculosem esset,) sed omnia ex mandato populi agant, & ad eum de singulis referre cogantur; facile apparet, talem Senatum non planè Aristocraticum censeri posse.

93. Tandem alienis hactenus intento summū nostræ Germanicæ imperium esset explicandum, quod antè non faciam, quām Reip. naturam exactu essentiæ & existentiæ juxta Lampad. de Rep. Romano Germanicâ part. i. ex voto declaravero. Omnis enim actus qui materiæ immixtus est actus vel essentiæ vel existentiæ, ex quibus Reip. naturam tanquam formalis principio definire licet. Actus igitur essentiæ, ut in omni re, ita quoq; Reip. tam actum inducit, qui esse Reip. constitutus, quiq; toti sit speciei communis; & licet non sit extra materialia, non tamen est in materia propria, sed communi, ut anima rationalis in homine; actus verò existentiæ in individuis tantum consistit, materia scilicet propria, non communi.

94. Ex his rectè intellectis dignoscere licet, formam ejusq; imperii essentiale, & subjectum adæquatum non esse vel Monarchiam, vel Aristocratiæ, vel Democratiam; sed formas has esse accidentales, subjecto tantum communi differentes. Etenim Resp. separatis temporibus & unum, & paucos, & multos potest habere Dominos, qui quidem subjecto existentiæ differunt, non verò actu essentiæ. Nec enim essentiam Reip. Romana concidisse dixeris, cum exactis regibus Majestas ad Optimates transiret, ex Aristocratia fieret Politia temperato jure Senatus cum populo, mox in Democratiam prolaberetur, ultimò ad Monarchiam transiret; nec speciem humanam periisse videbis, simul ac unum individuum interierit.

95. Majestas igitur essentialiter toti Reip. ut subjecto adæquata inhæret, extra respectum unius vel plurium, quo respectu Majestas rectè dicitur indivisibilis, non quidem ratione objecti, sed potestatis occupata in rebus administrandis. At in subjecto communi existentiæ, prout res in Rep. gerendæ, divisionem vel specie recipiunt: Ita Majestas potest in disparatis subjectis consistere. Scilicet sit unius in manu divini cultus moderatio, pauci juris dicendi potestatem obtineant, de bello decreverint omnes. Expedita hic esset Reip. miscendæ ratio, quæ ex omnij-

omnibus accidentibus speciebus confaret. Sed & tam in cultu numeris, quam rebus civilibus, ut & bello tot sunt distincta genera & rerum partes, ut facillimē separatae speciei imperia recipiant, unde & unus, & pauci, & multi in separatis Reip. partibus poterunt rerum potiri. Fieri quoq; potest, ut unus & multi, item pauci & multi, item unus & pauci Remp. quisq; in suo objecto gubernent; quod quia in nostro imperio accidit, & solius Cæsaris & statuum, Cæsarisq; commune imperium ex disjunctis rerum generibus dignoscere licet, ut ubi solius Cæsaris est potestas, ibi regale imperij gentis, ubi commune statuum cum Cæsare, imperium, Aristocratiā ibiliceat agnoscere. Nec minus Majestatem habet, qui unius Reip. partem independenti potestate gubernat, quam qui suo solius imperio Remp. absolvit, seu qui solus rerum omnium potitur. Etenim non amplitudo & ratio objecti Majestatem definit, sed formalis & independens rerum gerendarum potestas. Et quæ potestas Politica à nulla alia ratione dependentia & causalitatis patitur, ea summa est, & prima, adeoq; Majestatica. Ex objecto autem majestatem non esse astimandam, vel inde cognoscitur, quod Majestas & Magistratus circa res easdem versentur.

96. His didactis summum nostrū imperiū aggredior, in quo statum Monarchico-Aristocraticum vigore statuo, firmis moris rationibus, nec quoad administrationis formam & modum speciem tantum quandam in eo referri Aristocraticam video. Communi ergo opinioni non adhærebo, cum non tam autoritates in Disputatione, quam momenta rationum quærenda veniant. Sine ratione nil valet autoritas!

97. Principum & Statuum imperij jus & potestas non solum se extendit ad personas & res ditionum suarum, quibus vigore territorialis superioritatis præsunt: sed vel maximē in totius Imperii Romanō-Germanici administratione, in jure consultandi & statuendi una cum Imp. in publicis Imperij Conventibus *Matth. Steph. de Jurid. l. 2. part. 1. c. 7. Pergo:* Jus Comitiorum ac suffragiorum inter Cæsarem & Status ita est divisum, ut Imp. jus habendorum Comitiorum ac Ordines convocandi habeat, sed non nisi consensu Electorum, juxta leges Cæsarii in electione dictas. Ideoq; antequam diem futarorum Comitiorum statuat, Electores singulos per literas consulere solet. In reliquis summa imperii potestas in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar; alterum

Ordines universi, qui ex Electoribus, Principibus, ac Civitatibus constant, sibi habent.

98. Sic olim quoq; inter Cæsarem & populum jus eomitiorum divisum Sveton. scribit, sed pro partibus divisis. Inter Imperatorem verò & Ordines jus omne imperij, excepto juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distributum est.

99. Non dubitandum autem quin Cæsarum imperium indè à Julio ad Francorum Cæsarum tempora usq; regiam omnino & absolutam Majestatem continuuerit. Lampad. in Rep. Romano-Germ. part. 2. Legum potestas, iurisdictio, magistratum ereatio, sacrorum deniq; belliq; potestas in ipsorum arbitrio fuerunt, Arnis. 2. de Rep. c. 6. sect. 4. num. 105. Post Ottonum verò tempora potentia paulatim imminui capite repriā sacrorum curā per Pontifices, quos ex P. Mornao de Ecclesia cap. 6. cum S. Brigitte credo decem Dei præcepta in unum commutavisse, D A PECUNI A M. Denuo occasione electitii juris, de quo vid. th. 30. in profanis quoq; jurib; attenuati sunt. Nam postquam Germanorum Procerum suffragiis eligi Cæsares cæperunt, certis legibus circumscriptam imperij majestatem adepti, non amplius pro arbitrio rerum gubernacula moderabantur.

100. Præcipua quidem mansit Cæsarum autoritas, & pleraq; soli ex sententia usq; ad Carolum IV. gerere potuerunt, sed subacti certis legibus in Imperij societatem Proceres adsciverunt, id quod historiæ suppeditant, Lampad. 4. t. Deniq; Carolus IV. filium Wenceslauum quibus- cunq; conditionibus ad imperium tollere satagens, lege latâ, quæ Aureæ Bullæ nomine jam celebris est, plurimum pristinæ majestati detraxit. Fatales imperiorum periodos lege apud Riebt. in Axiom. polit. regul. 1. 2. 3. & seqq. lege quoq; Reinerum Reineccium de antiquis familiis veterum Regnorum.

Verum ne in infinitum discurrat, vela contraho, Centenarium thesium Politicarum claudant Germani, quos præ omnibus populis fortes Pater Scaliger Poet. lib. 3. c. 16. simplices, animarum prodigos, veros amicos, verosq; hostes prædicat. Votum addo sincerum; ut insummo nostro Imperio Romano Germanico DEUS belli portas obseruat pacis pessulo, & discordiam pellat. Memini Pindar. in Olymp. od. 13. insigni Presopopœia Corinthi laudare, à felici Reip. statu, in qua regna.

regnare dicit Matrem Themis, h. e. honestatem s. honesti Deam, cui
tres filias tribuit. Vovo, ut & in Germania nostra semper Themis re-
gnet, qua tres producat filias: euangeliam, dignitatem, et regnum, bonam legum
constitutionem, justitiam, pacem!

I.

Πάρεργον.

Bonâ veniâ larvarorum Politicorum liceat dicere, quod fal-
so sibi & prorsus κακοχειρίως nomen illud ementiantur
Varro lib. 2. de re Rust. c. 3: capras nunquam sine febri ait,
ideoq; dentem earum & salivam arboribus esse venenum. Fal-
tor, an & illi perpetuâ omnia depravandi febri laborent, ut qui-
quid tegerint, venenato afflato afficiant. Politicos enim se
esse putant homines perficta frontis, collidi, versuti, nec
DE U M nec homines reverentes, juramentis tanquam man-
tilibus ad exierendum sordes quotidianas utentes, quiq;
qua lingua venali promiseré, cùdem, cum libitum est, neganti.
Summa, quos vernacula vocabulo appellamus Weltkinder.
Mira hodie passim viger transformatio, nec Ovidio cognita,
ex hominibus nequam, Politici, ex stultis, certatim Sapientes
orientur, lege, si placet, Petrarcham, vera dicit dial. i. de vera
Sapienza. Hos autem Politicos voco, qui non tantum δικαιονόν,
b. e. forensem seu iudiciariam Politices partem tractant, sed &
vix δεπικήν ηγετευτικήν adjungunt, tres partes Politica apud
Aristot. lib. 6. Eth. c. 8. lib. 4. Polit. c. 14. Adi insuper.
Piccart. in Prolegom. Polit Habet præterea Macrob. lib. 13
in Somn. Scipion. cap. 8. virtutes Politicas enumerantem.
Abeant ergo illi fanatici & agyræ, quos ut pecudum greges
in singulis urbibus numeramus, fori tiniinnabula.

II. Ad-

Addam & hoc notata dignissimum de natura federis Hansi-
ti quod, si quidem primam ejus etatem cum t. Conringio in exer-
citione de Urbibus Germanicis th. 98. spectare velis, Contra-
etum maximè videtur non nisi ob commercij maritimi
libertatem in regnis exteris. Ejusdem sententia videbis Davi-
dem Chyraum l. 23. Saxon. & qui hunc exscriptis, Thuanum-
l. 39. Sed & Alb. Cranzius non aliter de faderis hujus summa
loquitur, quem ejus natura non potuit non latere. Confirmatur
idem, quod in compendio illo constitutionum Hansicarum Do-
manniano nihil habeatur, quod ad synumachias possit trahi. Fer-
mula tamen renovat federis in conventu Hansico anno 1579.
proposita caput habet & i synumachias contra vim injustam,
ceu liquet ex iis, que narrat Chysraus l. 24. Chronicis.


III.

Synodo Nicena, cui alias interfuisse tradunt 318. Episco-
pos Scriptores Ecclesiastici, interfuerunt 2048. Epi-
scopi, prout id ipsum ex aliquot scriptis Arabicis ostendit Seldo-
nus in Comment. supra Origin. Ecclesie Alexandrina ipsius Pa-
triarcha Eutychij.

IV.

Liber Galatinini nihil aliud est quam Breviarium Pugio-
nis Raimundi Sebon. Dominicani. Est autem Epitome
ingentis operis, cui nomen Pugioni fidei adversus Iudeos, au-
tore Raimundo Sebon. Dominicano, qui ante 230. plus minus
annos T O L O S & vivebat, ejusq; ingens opus ante ali-
quot annos in Collegio Foxensi Tolosano extabat, & adhuc
extare putat Scaliger, id quod testatur lib. 3. Epist. 241.
Tantum!

ARDUA QUÆ PULCRA.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771907532/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771907532/phys_0039)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771907532/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771907532/phys_0040)



omnes respuente, q̄tōd malint Principes esse, quam Princ
inbiſt. Poterit. Concilierat Maria Henrico Stuarto regnū
pænitentia dūcta illud repetiūt, maritum interfici cura

43. Præter Fæminas spuriis successione
competere nego. Nec valeat eorum objectio, ubi
delictum non debere filio pæna esse. Nam quando s̄
debetur, nullam vel pænam sustinent, vel injuriam,
quia jure suo utuntur. Hoc observari debet, ut ab adu
nibus licentia Principum abigatur.


44. Verum ut definitio Monarchia th. 25. tradic
pateat, inter Philosophos omnes constare dico, non
probis infectus moribus dominetur. Auson. in Monos.

Qui recte faciet, non qui dominatur erit Rex.
Rectè autem facit Rex, si semper benefaciendo cum c
fidentia subditos gubernet. Lex enim constituta est
Eurip. in Hippol. Coron. μισθεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὰ μ
mentia autem severitate temperanda est, ne dum fe
invitetur nova.

45. Chrysippus condecorè apud A. Gellium in no
imagine justitiae depinxit, ac pingi solitam pà Pictorib
ferè modum: formà atq; filo virginali, aspectu vcheme
luminibus oculorum acribus, neq; humili, neq; atro
cujusdam tristitia & dignitate. Per imaginem autem illi
Judicem, vi & majestate æquitatis ac veritatis terrific

46. Nam quando Regem à subditis amari vol
bonorum subditorum amore. Aliás optimus Prince
 odio est, juxta effatum Aristot. l. 10. Eth. c. 10. Πολλῷ
δοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ, ἐδίκτησε διά τῶν
χρήστων, ἀλλὰ διὰ τῆς πιμελίας. Reges ergò terrori su
autem quibusvis absq; discrimine, velut Sultani &
qui nolunt se firmis & fidentibus oculis respici, quasi si
ipsos necaturi, adeas Joan. Spinaum lib. 3. de trans
spinis rosas carpes sine vulnere.

47. Prolixum esset cætera coacervare, quibus Re
instituere. Unicum clementiae singularis exemplum



the scale towards document